BREVIARIUM CLAUSTRONEOBURGENSE

Klosterneuburg, Mitte 14. Jh.

Seite 559v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

syria in transitu suo pari consti
tuit. aurum suo et argentum
de domo regis assumpsit mul
tum nimis. et profectus est
ipse et omnis exercitus quadri
gatis cum equitibus et sagitta
riis. qui cooperuerunt faciem
terre. sicut locuste. Cumque per
transisset fines assyriorum.
venit ad montes magnos
ange qui sunt a sinistro cili
cie. Tu autem. lectio .ij.
Ascenditque omnia castella
eorum et obtinuit omnem muni
tionem. effregit autem civita
tem opinatissimam melo
thi. predavitque omnes filios
tharsis. et filios ismahel. qui
erant contra faciem deserti ad
austrum terre celeon. et tran
siit eufraten. et venit ad me
sopotamiam. et omnes fregit
civitates excelsas que erant
ibi a torrente mambre. usque
quo perveniatur ad mare. et
occupavit terminos eius a
cilicia usque ad fines iafeth.

qui sunt ad austrum. Tu.
Adduxitque lectio .iij.
omnes filios madian. ac
predavit omnem locupletacionem
eorum. omnesque resistentes
sibi occidit in ore gladii. et post
hec descendit in campos da
masci. in diebus messis. et suc
cendit omnia sata. omnesque
arbores et vineas fecit inci
di. et cecidit timor illius super
omnes inhabitantes terram. Tu.
Tunc miserunt lectio .v.
legatos suos universarum urbi
um et provinciarum reges ac princi
pes. syrie scilicet mesopotamie.
et syrie sobal. et libie. atque cili
cie. qui venientes ad holofer
nem dixerunt. Desinat in
dignatio tua circa nos.
Melius est enim ut viventes
serviamus nabuchodono
sor regi magno et subditi simus
tibi. quam morientes cum
interitu nostro ipsi servitutis nostre
dampna patiamur. Tu. l. vj.
Omnis civitas nostra omnis